Coram officio et actis prudentibus castrensibus Premislien. stans personaliter in vim relationis suae recognovit quia ex parte et ad instantiam nobilis Joannis Prasseczky cittoris litteralem castrensem Premislien. pro vadio trecentorum florenorum pecuniae ad inscriptionem castrensem Premislien. occasione non transportationis inscriptionis ad acta terrestria Premislien. lanus in se ca[illegible] super quondam Marcum Stadnyczki in bonis et curia ville Radnicze sabbato ante festum Sancti Joannis Baptiste proxime praeterito anno praesenti posuit et reliquit posicionem eiusdem cittoris factori et familiae eiusdem curiae ac incolis eiusdem ville iuxta iuriformam publicavit et ad notitiam deduxit quia ita et non aliter fieri ipse nobilis recognovit

eorundem

Ministerialis terrestris Premislien. providus Ignatius de Kongnski coram officio et actis prudentibus castrensibus Premislien. stans personaliter in vim relationis suae recognovit quia ex parte et ad instantiam nobilis Joannis Prasseczky cittoris litteralem castrensem Premislien. pro vadio trecentorum florenorum pecuniae ad inscriptionem castrensem Premislien. pro non admissione intrationis in bona ville Tholny lanus canonicus super quondam Marcum Stadnyczki in curia et bonis ville Radnicze feria tertia ante festum Sancti Bartholomei apostoli anno praesenti proxime praeterito posuit et reliquit posicionem eiusdem cittoris factori et familiae eiusdem curiae ac incolis eiusdem ville iuxta iuriformam publicavit et ad notitiam deduxit quia ita et non aliter fieri ipse nobilis recognovit

Vulnera Maruchne Zozanska contra Jamiensky

Actum in castro Premislien. feria sexta in vigilia Sancti Mathei apostoli anno 1556 sexto

20 11. Nobilis Maruchna virgo filia nobilis Pauli Zozanski coram officio et actis praesentibus castrensibus Premislien. ostendit et manifestavit duo vulnera lunda in scapula dextra quae vulnera asserebat sibi fore inflicta per nobilem Steczko Jamienski filium nobilis olim Alexandri Jamienski circa invasionem domus per praefatum Stecz et eius complices violenter inflictum quae vulnera officium vidit et suscepit

Vulnera Lewko contra eundem

Providus Lewko Serviter nobilis Pauli Zozanski coram officio et actis praesentibus castrensibus Premislien. ostendit et manifestavit vulnus cruentum in superficie capitis item aliud vulnus cruentum in capite partis sinistre item vulnus cruentum in femore dextro quae vulnera asserebat sibi fore inflicta per nobilem Steczko Jamienski filium nobilis olim Alexandri Jamienski circa invasionem domus per praefatum Stecz et eius complices violenter inflicta quae vulnera officium vidit et suscepit

oblate litere sacre Regie maiestatis pro parte Barzi

Oblate sunt litere pargameneae sacre maiestatis Regiae sub titulo et sigillo maiori sacre maiestatis Regie obsignatae et communiter ad officium et acta praesentia castrensia Premislien. ex parte Quondam Erasmi Barzi de Blozow quas litteras officium petitum est in acta praesentia inscribi et actitari officium itaque annuentem petitionem praefati Barzi easdem litteras ad acta praesentia actitari et inscribi admisit et mandavit quarum litterarum tenor est talis,

Sigismundus Augustus dei gratia Rex Poloniae magnus dux Lithuaniae Russiae Prussiae Mazoviae Samogitiae etc. dux et heres

Significamus prudentibus litteris nostris quorum interest universis quia nos prospicere volentes commodo et utilitati bonorum nostrorum praedii ville nostre Olschanyle capitaneatus nostri Samboriensis consistentis incolarumque eius ville ex certa scientia gratiaque nostra Regia concedimus Quondam Erasmo Barzi de Blozow possessori praedii et ville memorate Olschanyle incolisque eiusdem ville liberum usum silvarum et mericarum nostrarum Samboriensium tam pro edificiis et structuris curiae ville Olschanyle quam pro foco curiae et incolarum omnium eandem villam inhabitantium idque ad extrema vite ipsius Quondam Erasmi Barzi tempora ita quod vigore eius concessionis nostrae quocumque necessitas ipsius Generosi Erasmi Barzi officialium curiae et praedii ville Olschanyle incolarumque eius ville postulaverit licebit illis robore pro edificiis in bonis eius ville extruendis ac ligna quaevis pro usu et necessitate foci in sylvis ac mericis nostris capitaneatus Samboriensis libere et sine ullo impedimento ministrique accipere et educere ita tamen quod robore et ligna non ad aliam necessitatem praeterquam curiae et incolarum eiusdem ville modo praemisso convertere debent quod ad universorum et singulorum quorum interest et praesertim Magnifici Joannis Starzechowski palatini podoliae Samboriensis dioecesis capitaneatus officialium capitaneatus Samboriensis praesentium et praeterea existentium notitiam deducentes Mandamus ut Quondam Erasmum Barzi incolasque ville Olschanyle superius recensita praerogativa liberi usus silvarum et mericarum capitaneatus Samboriensis modo praemisso inviolabiliter conservent ab aliisque conservari curent pro debito suo et gratia nostra facturi in cuius rei fidem sigillum nostrum praesentibus appressum est datum Lublini in conventu regni generali feria quinta ante festum Sancti Jacobi apostoli proxima anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto regni nostri trigesimo septimo

Valentinus Dzbienski R. P. Canc. Sig.

Rubrica Magnifici Valentini Dembienski de Dembiam R. pol. Cancellarii